

88.  
147.  
32.

Imago Viri prudentis in Athico Cornelii Nepotis exhibit

II f  
940

1. Diffinitio istius nominis, ac significatio, quae est, ut dicitur in  
dictione istius nominis, quae est, ut dicitur in  
II. Istius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
III. Diffinitio istius nominis, ac significatio, quae est, ut dicitur in  
AD

**AUDIENDAS ORATIUNCULAS  
CURTIANAS,  
CRASTINO DIE  
IN AUDITORIO MAIORI  
BONO CUM DEO MEMORITER HABENDAS,  
VENERANDOS DNN. INSPECTORES,  
PATRONOS AC FAUTORES,  
HUIUS URBIS OMNES AC SINGULOS  
OFFICIOSE ET AMANTER INVITAT  
M. GEORGIUS ANDREAS Vinthof/  
RECTOR.**



**CYGNÆ,  
STANNO FRIDERICIANO.**



28

XII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XIII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XIV. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XV. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XVI. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XVII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XVIII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XIX. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XX. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXI. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXIII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXIV. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXV. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXVI. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXVII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXVIII. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXIX. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in  
XXX. Huius nominis significatio, quae est, ut dicitur in

Handwritten signature or initials





**H**istoria, testante Tullio, non solum est testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, nuncia veritatis, verum & magistra vitae. Etenim præter rerum gestarum noticiam, quam quidem præcipue hic spectare debemus; etiam civilis domesticæque prudentiæ largam ubique messem pollicetur, quam fedulus ac solers lector iudicii falce metere non ignorat. Id qua ratione fieri queat, ex Attico Cornelii Nepotis prudentis viri imaginem expressurus in quibusdam axiomatibus tantum indicabo. Vir prudens igitur

**I. Dissociatis civium animis, ne alterutram partem offendas, locum migrat.** Multa incommoda disciendo evitamus, secessusque periculi declinandi tutissimum habetur suffugium, Atticus adolescentulus &c. Athenas se consultit. C. 2.

**II. Periculo impendenti mature cedit, latiturus potius in angulo, quam in celebritate dubiam captaturus gratiam.** Tunc enim salubre creditur, quod vulgo ajunt; qui bene latuit, bene vixit. Procul à Jove, procul à fulmine. In tempore elabi omnium est primum. ut Antonius rediit &c. latebat Atticus apud Voluummum. C. 10.

**III. Dignitatem suam oculo tenerius amat, & vel patriæ mutatione emit.** Quanta hominis existimatio, tanta ejusdem magnitudo & virtus censetur. Famam fervare memento. Postquam vidit Atticus &c. Athenas se consultit. C. 2. Suam enim existimationem &c. habebat carius. C. 15.

**IV. Amicum etiam hostem judicatum servat opibus suis.** Quippe cum id solum videtur habere rationem, quod habet honestatem, eoque non præsentem suam fortunam, sed futuram annisque maturioribus obtinendam considerat; neque fortunæ, sed hominibus solet esse amicus. Atticus adolescentem Marium &c. juvit opibus. C. 2. Ciceroni in omnibus &c. millia donavit. C. 4. Qui pecuniam &c. iussit dare. C. 8. Cum Ciceroni &c. stipulatione credidit. C. 9. In summo timore &c. velle fortunam. C. 10. Cum L. Sausæ &c. recuperasse. C. 12. Maximum existimans &c. potest existimare. C. 9.

**V. Priscos amicos, à puero quoque familiares, constanter diligit.** Sui eum consilii nunquam pœnitent, neque Verorum probat varias figuras induentem sibi. Erat nuptia soror Attici &c. quibus in similitudine. C. 5. Hoc quoque sit &c. eorum creverit. C. 10.

**VI. Amicorum obtreccantium est copula.** Singulos sibi devincire studet, paremque ab utraque parte autoritatem atque amorem expectat, dum ita fœdus amicitia servatur. Atticus utebatur intime &c. virorum copula. C. 5.

**VII. Officia amicis sine factione præstanda existimat.** Sordet ei officium, quod fucata specie blanditur, & auctori aliquando opprobrio sic futurum. Excogitatum est &c. neque coitutum. C. 8.

**VIII. Renu familiarum, omni cautione adhibita, partem ac teclam præstat.** Nam gerendarum rerum nervum debilitari, quantum in se est, non patitur, neque virtus sine fundo aut ærario fatis animosa magnificaque existit. Ne illa peregrinatio &c. trajecit suarum. C. 2. Cum & rei familiaris &c. paterfamilias. C. 4.

**IX. Suis facultatibus, quoad potest, inopie aliorum succurrit.** Fons non suppressit erumpentem aquam, sed emittit. Hac via prudens in hominum animos se insinuat, diligit ad hominibus valde cupiens. Atticus ita vixit &c. publicam levavit. C. 2. Auxilium hoc officium &c. eritici darentur. C. 2.

**X. Pecuniam non mutuo dat, nisi præmissis cautionibus legitime, & muro objecto fallacis secuti.** Et si mala nomina habet, festinat suæ pecunie summam reposcere. Multi etiam sagacissimas laquei tenduntur; pecuniosius maxime struuntur insidiæ. Cum versuram &c. iis salutare. C. 2.

**XI. Insimis communis, par principibus videtur.** Nempe plebes alloquium, comitatem; cæteraque benevolentia indicia amat. At pares cum paribus sicut optime conveniunt, sic principes coram principibus hominibus insigne quiddam & magnanimum spirant. Atticus Athenis sic se gerebat &c. principibus videretur. C. 2.

**XII. Honores non honorificos accipere detrectat.** Delectant illum beneficia, delectant honores, sed non hili ornamenta honorato afferant. Quo beneficio &c. ascita. C. 2.

**XIII. Honores admittere dubitat, in quibus plus irvidiæ, quam splendoris inest.** Præstat onus invidiæ humeris non excipere, licet honoribus careas, quam honoris oneri novum idque gravius addere. Attico omnes honores &c. alia ascita. C. 2.

**XIV. Neque petit honores, etiamsi pateant, si vel ignominiosum, vel periculosum, vel exitiosum sit petere.** Bonam famam, animi tranquillitatem, securitatem & in officio suscepto obsequium semper intendit; pane contentus & nasturtio in vita privata potius, quam ut in publica cupediis felle tinctis satiatur. Atticus honores non petiit &c. civitatis moribus. C. 6.

**XV. Acceptis etiam honoribus, se non omnino adstringi patitur, quin libertatis nonnullam partem retineat.** Suis non est, qui plane alterius est. Gladiator iners habetur, qui sibi iustum reservat nullum. Atticus multorum Consulium &c. esse Pretoris. C. 6.

**XVI. Utilitatem tamen sepe præ honore contemnit.** Supra vulgus enim assurgit animus eius, & tenacitatem argenteæ studium vehementer averfatur. Excelsus animus res humiles despicit. Atticus rei familiaris &c. obtinere possit. C. 6.

**XVII. In quo loco plurimum sapientiæ, laudis, existimationis reperitur, illic habitare gessit.** Plus proficitur uno die apud excellentes, quam toto anno apud rudem plebeculam. Hoc speciem prudentia &c. fuerit Atticus charissimus. C. 3.



**XVIII.** *Partibus dissidentibus semet haud implicat.* Sive altera obrineat victoriam, habebis alteram inimicam; sive neutra: majori premeris difficultate; sive utraque concilietur: manebit tamen apud alteram similtas. *Cum persuadere Attico &c. Italiam reliqui. C. 7. Neque tamen se civilibus &c. maritibus iactarentur. C. 6.*

**XIX.** *Tumultu concitato, ipse quasi sepultus disparet.* Incalescit propius ad ignem accendens. *Atticus usus est et atis &c. ex urbe. C. 7.*

**XX.** *Libenter rebus majoribus & comitiis interest.* Hic prudentiæ quædam officina & c. impus exercendæ virtutis aperitur, in quo munificus animus cum voluptate excurrit. *Atticus ad comitia &c. non desuit. C. 4.*

**XXI.** *Tranquillatis rebus & pace consutata, revertitur, unde discesserat.* Decet inferuire temporibus, & vivendi tempora locosque speculari. *Atticus tranquillatis rebus &c. dolorem inducitur. C. 4.*

**XXII.** *Aliorum ingenis ita se attemperat, ut etiam difficillimas naturas ferat.* Via molli incedere nihil arduum; salebras autem superare sine lassitudine virtutis non infima laus est. Inter spinas rosæ nascuntur. *Atticus habebat convivium &c. pietatis fructum. C. 5.*

**XXIII.** *Nemini invidet sua bona.* Invidi sua ipsorum tormenta recte dicuntur. At prudens in quiete animi veram felicitatem putat firmam esse. *Atticus utebatur intine &c. an Hortensium. C. 5.*

**XXIV.** *Undique optemtes partibus adhaeret.* Ex socio noscitur, qui parum ex se cognoscitur. Mutuario accedente lumine ipsum sic majus. *Atticus in republica &c. existimaretur. C. 6.*

**XXV.** *Dissidentium tamen partium neutri nocet, aut alterutri se nimium venditat.* Malignitate non caret, quisquis aliorum detrimentis pascitur. Non sufficit unam partem fauricem habere. *Atticus non comagis &c. desperatos reliquit. C. 8.*

**XXVI.** *Neque florentibus sese partibus venditat.* Non tam sua, quam alterius quærere videtur, dum agit sua. Plebs infans à fortunæ muneribus pendet. *Atticus non florentibus &c. semper succurrit. C. 11.*

**XXVII.** *Sua non libenter vendit.* Pœnitet nos in emtorem non pœnitendum incidisse, nedum pœnitendum. *Atticus ad hanc publicam nunquam accessit. C. 6.*

**XXVIII.** *Nemini se nimis obstringit, nec se pro altero cum periculo suarum facultatum obligat.* In tranquillo adversam tempestatem optare dementis est. *Atticus nullius rei &c. factus est. C. 6.*

**XXIX.** *Lites in foro virili sua amolitur.* Etiam victor in hoc certamine non redit sine vulnere in domum suam. *Atticus neminem suo nomine &c. nullum habuit. C. 6.*

**XXX.** *Injuriam ab hisci in avult, quam ulcisci.* Optimum injuriarum remedium putat, si aut non intelligantur, aut oblivione deleantur, aut generosa patientia coneequantur. *Atticus si quam injuriam &c. quam ulcisci. C. 11.*

**XXXI.** *Suspiciones quoque vitat criminum.* Delicato ac tenero amore virtutis trahitur, quæ, sicut virginitas, tactu quoque lædirur. *Atticus non solum dignitatis &c. vitaret criminum. C. 6.*

**XXXII.** *Observantiam suam erga altos officio, non timore, aut spei tribuit.* Turbido ex fonte aquæ promanant turbida. Neque timor, neque spes virtutis matres genuinæ sunt. *Atticus observantia &c. tribuit viderent. C. 6.*

**XXXIII.** *In utraque fortuna semper idem veterisque insitui tenax deprehenditur.* Moribus antiquis res stat Romana vigetque. *Atticus veteri insituo &c. pericula. C. 7. Cum tanta pecunia &c. in utraque fortuna. C. 14.*

**XXXIV.** *Soler interdum de rebus presentibus divinare & de futuris callide consistere.* Tela prævisa minus nocent. Felicitas ad pugnam accingimur, si pugnam ante vidimus. Rursus & celerius discesimus, si proventus anni prævidimus. *Secutum est bellum &c. neque minuitur. C. 9.*

**XXXV.** *Memorem gratumque se agnosci percipit.* Non luculentius ullum virtutis indicium cernitur, quam in accepti beneficii recordatione. *Atticus pecuniam &c. gratumque cognosci. C. 9. Idem immortali &c. beneficia. C. 11.*

**XXXVI.** *Beneficia in alium collata non oscutat, sed tegit ac dissimulat.* Perit dulcedo liberalitatis, quam dantis commemoratio acerbam facit. *Atticus quæ ipse &c. qui acceperat. C. 11.*

**XXXVII.** *Liberalitas ejus nec temporaria, nec callida est.* Nihil benigne agendo aucupatur præter virtutis culturam, proximique commodum. Hæmo aduncò eam porrigere pificatores solent. *Attici liberalitas &c. semper succurrit. C. 11.*

**XXXVIII.** *Pluribus juroandis delectatur.* Omnibus patet, nemini suam januam ocludit. *Atticus ex malis ut se emerferat &c. esset auxilio. C. 11.*

**XXXIX.** *Emaciatem studiose fugitat.* Non esse emacem vestigal est, plusque interdum parcendo lucrifacimus, quam multum laborando. *Atticus cum esset pecuniosus &c. max. C. 13.*

**XL.** *Usum pecunie non magnitudine, sed ratione meretur.* Magnitudo enim numerorum æstimata ad luxum ducit: ratio ad mediocritatem revocat, & pecunia profusum rescindit. *C. 14.*

**XLI.** *Curat etiam, ut bene, neque tam sumptuose quam commode habitet.* Domus sapientis plus falis quam sumtus, habeat. *C. 13.*

XLII. *Serpens*



XLII. *Servos & ministros in patria natos exteris præfert.* Major fides domestici quam peregrini, tutiusque obligatur indigena, quam advena. *Atticus arifices &c. scilicet habuit.* C. 13.

XLIII. *Domestici non uni inserviant usui.* Unius rei plures possunt esse uti causa, ita est usus. *Atticus usus est &c. facere possit.* C. 13.

XLIV. *Artifices eligit peritos artis suæ.* Rudes imperfectam, imo & corruptam relinquunt materiam. *Attici arifices &c. apprime boni.* C. 13.

XLV. *Quod à pluribus concupiscitur, id non intemperanter appetit.* Odir & arcet profanum vulgus; in nullo negotio imbecillitatem animi proditurus. *Et non intemperanter &c. & iudicij a.* C. 13.

XLVI. *Suum potius diligentia, quam pretio parit.* Quod marsupio deest, cautio animi & corporis contentio suppleat. *Diligentia &c. est industria.* C. 13.

XLVII. *Elegans non magnificus, splendidus non sumtuosus, omni diligentia munditiam non affluentiam affectat.* Ornatum omnem rejicere sordidum & incomitum; omnem admittere ornatum luxuriosum & prodigum habetur. C. 13.

XLVIII. *Suppellex non modica, non multa, ut in neutram partem conspici possit.* Copia rei domesticæ herum commendat, sed adit modus abundantia. C. 13.

XLIX. *Vocat in convivium non abhorrentes à moribus suis.* In convivio conspiratio quædam & consociatio fit animorum. *Atticus eos vocabat &c. non abhorrent.* C. 14.

L. *Sermone non minus quam cibo convivias recreat.* Nulla hora sapientis ne recreationis quidem absque philosophia elabatur. *Nemo in convivio Attici &c. delectarentur.* C. 14.

LI. *Neque dicit mendacium, neque pati potest mendacium.* Non fœdus vitium doctrina morum novit. Mendax niger est, hunc tu, Romane, caveto. *Atticus mendacium &c. pati poterat.* C. 15.

LII. *Prudentis comitas non sine severitate, nec gravitas sine facilitate.* Dubium relicturnus est, utrum præsentem cum magis vereantur, an ament. Objurgationibus aliquid blandi, alio faccharum admisceatur. *Attici comitas &c. an amarent.* C. 15.

LIII. *Religiose promittit.* Non liberalis, sed levis est polliceri, quod præstare non possis. *Atticus quicquid rogabatur &c. præstare non possit.* C. 15.

LIV. *Quicquid alterius gratia suscipit, tanquam suum procurat.* Aut recte aut omnino non suscipiatur negotium. Negligenter agere est nihil agere. *Atticus in nitendo &c. videretur agere.* C. 15.

LV. *Suscepti negotij cum non facile tedere videas.* Haut est sapientis dicere: non putaram, nunquam suscepti &c. agi putabat. C. 15.

LVI. *Eriam otium in negotij convertit.* Nunquam minus est otiosus, quam cum est otiosus, novam materiam, transacta veteri, aucupans. *Quo fiebat &c. procuracionem.* C. 15.

LVII. *Omni etati aptus.* Non habet ingenium, quisquis in orbe ambiguo non omnibus se ingeniis accommodat. *Humanitatis Attici &c. fuerit apertissimus.* C. 16.

LVIII. *Dissidia & rixas discordiamque præcipue in suos præcedit.* Litrem parit lis; litibus vero multiplicatis labores, curæ atque dolores multiplicantur. *De pietate Attici &c. nefas duceret.* C. 17.

LIV. *Discit non ad ostentationem, sed ad vitam agendam.* Vitæ, non scholæ, non inani gloria discatur. Apis è singulis floribus mella constipat. *Atticus id non fecit &c. uteretur.* C. 17.

LV. *Moris majorum, quantum ævi sui ratio permittit, imitator & antiquitatis amator.* Multa sapientius veteres agebant, quam nos, qui fucio magis studemus. Mutatis quibusdam antiquis nova fiunt longe pulchriora. *Atticus moris etiam &c. magistratus ornavit.* C. 18.


LVI. *Studiorum amantiorum & elegantiarum, omnisque suavitatis literarie non vult expertus haberi.* Perelegantis ingenij est, hæc delicias venari. Nomen ab elegantia Musarum non alienum ad famam nobiliorem profuit. *Atticus attingit quoque &c. esset suavitatis.* C. 18. His & similibus axiomatis speculo Ernestiano, quod alias nominavi, ornamentum à me desideratum, quo conuestiatur, dari fortassis poterit. Non vero solum magistra vitæ est historia, sed & magistra eloquentia, quia & exempla amplificationibus & inventionem orationis & ipsas æpe orationes suppeditat. Tentaverunt duce me discipuli nostri, in lectionibus Curtianis quid possint,

I. JOHANNES CASPAR OTTO, Cygneus.

II. PETRUS NESTLERUS, Cygneus.

III. GEORGIUS ERNESTUS GRUNERUS, Crossensis.

IV. GABRIEL POELIZIUS, Wernsdorffensis. Itaque ex libro III, Curtii orationes excerpterunt, excerptas verbis uberioribus prolixiores fecerunt. Primus sub persona Charademi de exercitu Darii judicabit; secundus & quartus personam Alexandri M. induent, ille quidem ut æger Medicum expofcit; hic autem ut recuperata valetudine milites ad pugnam hortatur; tertius Philippus Medicus videri volet, Alexandroque potionem medicam porriget. Quod præsentibus literis indicare meum officium fuit, P. P. Cygneæ, d. 26. Octobr. 1705.



VD 18

MC.



**AUDIENDAS  
CU  
IN-AUDI  
BONO CUM DEO  
VENERANDOS  
PATRONOS  
HUIJUS URBIS  
OFFICIOSE E  
M. GEORGIU**

**ECULAS  
RI  
NDAS,  
CTORES,  
RES,OS**



**STANNO**

**BI**

**HO**

**NO**

**NO**

**NO**

**NO**

**NO**

**NO**

**NO**

**NO**